



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

119. Res Dei non curiositate, de subtilitate ratiocinationis, sed humili  
intellectus captivatione intelligi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

*homo toti Congregationi judicium suum A  
præferat, tanquam ipse solus habeat spi-  
ritum Dei? Quasi peccatum ariolandi est, re-  
pugnare, & quasi scelus idololatria, nolle ac-  
quiescere.*

*1. Reg. 25.  
D. Bern. de  
prec. & diff.  
Idemmet Bernardus alibi in hæc verba  
notat durissimam contumaciam cervicis  
eius, qui nolit acquiescere, quod est pro-  
prii judicij. Non acquiescere, inquit Ber-  
nard. se nolle acquiescere, quod est  
odiosa pertinacia, & contumelia non  
ferenda. Hoc autem inde est, quia quod  
tales judicant, & quod intelligunt, hoc  
ceu primam, ac summan æstimant veri-  
tatem. Et quod ipsis videtur, inquit*

*Bald. in hunc  
locum.  
Hebr.  
Balduinus, quasi sacrosanctum adorat.  
Ceu idolum venerantur suum in judi-  
cium, quod dicit Hebraeus: Quasi pecca-  
tum ariolandi rebellio, & idolum transgredi.*

*Abul. 9. 24.  
Arist. 8.  
Ethic.  
Ubi ex valde scientifica argumentandi  
ratione, ut hic norat Abulensis, colligi-  
tur odium, quo Deus hoc vitium prole-  
quitur, & ejusdem gravitas. Ut enim  
doctet Aristot. 8 Ethic. Optimus actus  
virtutis opponitur maximo vitio, &  
minimus habitus virtutis opponitur  
minimo vitio, hoc est, quantum aliqua virtus  
excellit omnes alias virtutes in boni-  
tate, tantò vitium sibi oppositum excellit  
omnia alia virtus in malitia. Si igitur ac-  
quiescere Deo, & hominibus sapientibus, D  
est magna virtus, nolle acquiescere ma-  
gnum erit vitium. Quod à virtuo, cui simile  
est, maxime comprobatur: est enim*

*Hugo Card.  
Hugonem, est super aras in fi-  
bris, seu in tuis anima'ium veritatem  
futurorum inquire, quod si vnl, & se-  
mel superstitionis est, ac idololatriæ. Ex  
quo patet hujus vitij gravitas, quod penè  
simile sit gravissimo idololatriæ sce-  
leri.*

*Hoc vitio in primis laborant, qui no-  
lunt captivare, ac redigere intellectum  
in obsequium Christi, qui in rebus si-  
dei evidentiā perquirunt; quam  
quia nesciunt invenire, non  
credunt.*

*Speranza Scriptura selecta.*

*Res Dei non curiositate, ac subti-  
litate ratiocinationis, sed his-  
mili intellectus. captivatio-  
ne intelligi.*

### PUNCTUM CXIX.

*IN Isaï, juxta Septuag. Nisi credideritis, Isa. 7.  
In non intelligitis; hoc est, nisi prius Dei Sept.  
verbis fidem adhibueritis, non intelige-  
tis. Res revelata, antequam intelligan-  
tur, creduntur.*

*Suam doctrinam, siue cognitionem  
communicatur Moysi Deus: Ne appro- Exod. 3.  
pies, inquit, huc, solve calceamentum de pedi-  
bus tuis. Præceptum hoc variè à Patribus Moyses our so-  
interpretatum est. Ad rem Bernardus: In- ure calceos  
volvula pone carnalium cogitationum, jussus.  
Si accedere concupisces. Theod. Rup. Hu- Theod.  
go Viel. Cajet. Corn. à Lapide ad litte Rupert.  
ram: Moysi discalceari præcepit Deus, Hugo Viel.  
quia per modum naturæ, audacter, cu- Cajet.  
riosè, ac parum religiose ad illud perser- Cor. à Lap.  
tandum mysterium accedere visus est.  
Solve, inquit, calceamenta de pedibus tuis;  
hoc est, majorem reverentiam exhibe,  
idque, ut moris est, calceorum detractio-  
ne testare, simu' que, ac semel omni te na-  
turalis rationis iuri cedere ostende, (cal-  
ceorum detractio utrumque significat in  
Scriptura, Josuë 5. Ruth. 4.) sicque my-  
steria intelliges, quæ ille solus intelligit,  
qui terrenis rationibus renuncians, hu-  
militer in divinum obsequium abveget  
intellectum.*

*Ecce Deus magnus, inquit Job, vincentes Job. 36.  
scientiam nostram Jerem. 32. Magnus confi- Jerem. 32.  
lio, & incomprehensibilis cogitatu. David: Psal. 138.  
Mirabilis facta est scientia tua (tui) ex me  
(præ me.) Hieron. Super me et scientia, & Hieron.  
excelsior est. Chrysost. Mirum in modum ex- Chrys.  
cedit captum meum ratio eorum, quæ tu facis.  
confortata est, & non potero ad eam. Hebr.  
propriæ est, Elevata est, & non potero ad Ingezij natu-  
eam, supple attingere, vel pervenire. raies vires su-  
Olim Sponsa quædam, quasi aculo- perant res di-  
rum vine.*

Aaa rum

De Mortificatione, comite Orationis.

370

Cant. 6.  
Septuag.  
Hebreo.

2. Cor. 9.

Psal. 130.  
David non  
fuit seruator  
majestatis.

Hebr.  
Cajet.  
Chald.

Ezdras dariofi-  
tas repressa.  
¶ Ezd. 4.

Ium curiositate, dum Sponsum intueri posse arbitrabatur, audivit: Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. Sept. Averte oculos tuos è regione mei, quia ipsi avolare fecerunt me. Hebr. Me superare fecerunt, supple, omnem tuum captum. Communis loci expositio est, Spousam jubeti hic demissius sapientiae velle majestatis esse scrutatrice, aut oculis humanae rationis contendere, ut cum videre, quem nemo vivens (immortificatus) aut videt, aut videbit: quia quanto magis in eum defiget oculos: tanto cum magis incomprehensibilem intelliget. Accedit enim homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Sic Ambros. Theodor. Tres Patres, Cassiod. Gregor. Philo Carpat. Beda, Rub. Ansel. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. q.d. Claude, claudo oculos, nec me clare videre presumas: nam qui plus presumit, suo cæco visu plus lumen amittit.

Res fidei revelatas comparat Apostolus laeti: Tanquam parvuli lac vobis potum dedi. Vidi parvulum fugientem lac? ut clausis oculis fugit! Sic & lac eandoris fideli, & veritatis rationalibus clausis oculis fugendum. Effectum procul dubio suum fortius scilicet, te enuitet, vives ex eo: (Institus ex fide vivit), nec opus evidentia.

Ut talis parvulus David: Neque elatis sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Basil non superficialia contraxi neque cervicem extendi, ac capitem, qua omittimur sunt supra caput. In mirabilibus supra me. Hebr. In separatio à me. Si non humiliiter sentiebam. Cajet. Si non equavi, & si le feci animam meam. Chalda: sed non possum maximus ad eos (ut parvulo fieri solet), & si le feci animam meam, donec audiens verba legis. O sapientem infantulum, qui non vult sapere, plusquam oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem!

Non patim hujus viræ status, ut arcana divinorum evidentia fruamur, incapaces nunc evidenter sumus. Hinc enim Ezdras perorabat, sed respondit, inquit, ad me Angelus: Excedens excessit

A cor tuum in seculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi? Vade, pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi statum venti, aut revocamibi diem, quis praterius. Et respondi, & dixi: Quis natorum facere potest, us me interroges de his? Et dixit mihi: Tu, quia tua sunt tecum condolecentia, non potes cognoscere, & quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam?

B Gloriabatur quondam Isaías, se Deum vidisse: Vidi Dominum, inquit, super solium excelsum, & elevatum. Praeclarè certe tecum actū est, & Propheta, p̄ceptu honore effectus es: sed, amabo te, quid vidisti? quid circa illum conspexisti? quae facies ejus? Seraphim, inquit, stabant super illud, sex ala uni, & sex ala alteri, duabes velabant faciem, non propria, sed Dei, inquit Origenes, Orig. hom. ex voce, patru, ambigua ad faciem, vel in Isa. Dei, vel ipsorum Seraphim. Et dualis ve- C Isaías vidit labant pedes, non proprios, sed Dei: exordium non diuinum enim Dei ignotum est; & novissimum posse videri. non comprehendetur. Quid igitur, & Propheta, vidisti? Vidi, Deum non posse videri, nec comprehendendi. Vidi Dominum super solium excelsum, & elevatum. Quam ob causam, ait Chrysostomus, cum dixis- Chrys. hom. cser excelsum, adjectum elevatum? Ut cathedram incomprehensibilem significaret. Velabant ergo facies suas, sic legit etiam Chrys. s. ne ipsum Deum aspicerent, non enim se dignos esse existimabant, qualitatem illam Dei majestatem merebantur, id est excludebant splendidissimum radium è throno prodennem, quod summum splendorum, & immensem gloriam aspicer non audirent, & suam eiga Deum reverentiam, & religionem demonstrarent. Simul autem Ferman. in hæc Seraphim, dum caput proprium, per hanc visionemque proprios velant, aliquique velant, ejus typum præferunt, qui vere proprium abnegavit judicium, quo promptus, paratusque sit, pedibus iste, currere, & volare in divinam sententiam, ac revelationem.

D. Gregorius ad illa verba Ezechielis D. Greg. 33 de suis quatuor animalibus loquentis: Moral. 2. Cum fieret vox supra firmamentum, stabant Ezech. 1. & sumitebant alas suas; Alas demittunt, inquit, quia cum internam vocem divinæ sa-

næ sapientia audient, quasi volatus sui alas deponunt, quia videlicet ipsum veritatis altitudinem minus contemplari posse cognoscunt.

*Iob. 2.6.  
D. Greg. 17.  
Moral. 15.*

Hoc idem optimè ad illa verba Job: *Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam. Solis ejus vultus teneatur, quia à nobis in hac vita Deus pl. nè cognosci non potest. Recte per Psalmistam dicitur: Caligo sub pedibus ejus; quia nou in ea claritatibus ab inferioribus cernitur, qua in superioribus dominatur. Ascendit enim super Cherubim, & volavit. Cherubim quippe plenitudo scientia dicuntur, proinde super plenitudinem scientiae ascensione perhibetur. & volasse, quia maiestatis ejus celeritudinem scientia nulla comprehendit. Volavit igitur: quia longe in altum abiit. & nostro le rapuit. Volavit super penas ventorum, quia scientiam transcedit animarum. Qui posuit tenebras lacibulum suum, quia dum infirmitatis nostra obsecuramus caligine, per ignorantiam nostram nobis absconditur, ne à nobis modò in eterna, & intima claritate videatur.*

*Cant. 8.*

Unde ei, & in Canticis Canticorum à Sponsi dicitur. *Fuge, dilecte mi, fuge; ac si diceret: Tu, qui ex carne comprehensibilis factus es, ex Divinitate tua intelligentiam nostri sensus excede, & in te ipsi nibus incoephebilibus permane. Tene, ergo vultum solij sui, qui maiestatis suæ potentiam mortaliibus abscondit. Et expandit super illud nebulam suam, qui proculdubio & cor nostrum ad querendum sublevat, & ramen occulta moderatione agitur, ut ipsa requisitionis suæ immensitate reprimatur.*

*Iob. 2.6.*

Hæc incomprehensibilitatis nebulæ, lux nostra est. Et lux in tenebris luet. In hac caligine sita est mentis serenitas, in hac nocte intellectus illuminatio. *Et nox illuminatio mea. Per haec quærebat illa dilectum suum: Per noctem quæsivit, quem diligit anima mea. Jam & sub umbra federauit, nunc per noctem quætit, ut cæca prorsus obvoluta caligine visibilia, & invisibilia petrassens, ut potest, ut capax est, teneat eum.*

*Iob. 2.6.*

*Psal. 138.  
Cant. 3.*

**A** In hac nocte collectans cum Angelō Gen. 32. Jacob, ubi nervus femoris ejus emarcuit. Iacob nocte lucidus est, ubi ratio carnalis, cessit, Deum, clavis est typus quantum fas est, videre meruit. Hanc lucem eorum, qui etiam fuisse cupiditatem, conatumque sci- Deum in hac

tudi divina, Deumque videndi, ostendit: *vita vobis ipsi nominis, aut melius dix. cum, nominis scire. ipsi interpretatio, Iacob & Israhel, hoc est, Hebr. locutus, ut Deum videat. Ostendit etiam, quod Angelum Dei personam gerentem percontatus est Jacob: Quod est memorandum? Ubi Theodoreetus. In hoc non*

*Theod.* solum responso frustratus est, sed etiam

objurgatur tanquam excessus metas vacua (nō enim debem⁹ velle alta sapere sed sapere ad sobrietatem) cognovit nihilominus Deū, quantum licuit. Sed quo medio? Abnegatione, humiliationeque sui intellectus, suique ipsius mortificatione

*Oseas: In fortitudine sua directus est cum* Oseas 12.

*Anzelo, floruit, & rogavit eum. Emarcuit nervus femoris ejus, altero claudicavit pede, quæ omnia, & singula dicunt abnegationem. Qui flens rogat, ut doceatur, tam appetitum sciendi, tum proprij rudimentis ingenij sponte fateretur. Doce me, iterum edoce: nondū capio, quæsi, edoce. Nervus femoris est robur carnalis rationis, pes alter humana ratio, ille emat celeritatem in hoc verbo, ne quis subsistat (ut Deū intelligatur) opus est. Quid mirum, si post talem, ac tantam abnegationem, Ascendit aurora*

**D** O quām verum id! Dominus dixit, ut habbitaret in nebulæ. In 2. Paralip. Cumque complessi Rex Salomon fundens preces, ignis descendit de celo, & devorauit holocausta, & victimas, & majestas Domini (vel iuxta Septua.) Sept.

& gloria Domini imploravit domum, nec poterant Sacerdotes ingredi templum Domini, sed

**E** quidam implesserat majestas Domini templum Domini. Quætit Abulensis, quænam hæc esset. Abulensis, ibid. majestas? Concludit: fusile nebulam, sive Lyran. & 3. Reg. 8. & 10. nubem, in qua, seu signo visibili divinæ Lyran. & præleniæ. Deum adesse constabat. Majorian. fia. Domini imploravit domum, hoc est, nubes. Dei majestas in qua Deus erat. Sic in suis scholis Marian. nube tegebatur. Hinc non poterant Sacerdotes, hoc est, tur. non audebant ingredi templum Domini, reverebantur enim divinam præsentiam, nec audebant ingredi in illam nebulam, ne

Aaa 2 quo-



quodammodo viderentur audere tangere ipsum Deum.

*Et sumo. Cursus.* Huc facit quoddam Sacerdos thuribulo fumum adeo excitabat, ut torus fumea illa nube obtegretur, quasi diceret: Contestor, me nihil de Deo comprehendere, nihil humana ratione complecti, nihil oculis naturalibus videre. Sic D. Leo. Succumbat humana infirmitas gloriae Dei, & in explicandis operibus ejus imparem se semper inveniat, laboremus B sensu, hereamus ingenio, deficiamus eloquio, bonum est, ut nobis parum sit, quod etiam recte de Domini maiestate lentimus.

*I. Reg. 19. D. Greg. Elias cur pallio luit. De quo Gregorius: Sibilum a caput obvolutum dire est aliquid tenuiter de Divinitate gustare, post auræ tenuis sibulum vultum suum Propheta pallio operit, quia in ipsa contemplatione veritaris, quanta ignorantia homo tegatur agnoscit. Vultum namque pallio operire, est mentem consideratione propriæ infirmitatis velare, ne audeat altiora se querere.*

Et meritò: quod enim quisque altius ad rerum divinarum cognitionem assurgit, eò magis, quam distet à perfectione comprehensionis agnoscit. Ut is qui longius in Oceanum progreditur, semper profundiora invenit: sic etiam, qui altius in Dei mysteria penetrat, eò altiora, difficilioraque detegit, densioresque tenebras offendit. Quare Salomon: *Dixi: Sapientia efficiar, & ipsa longius recessit à me multo magis, quam erat, & alta profunditas, quis inveniet eam?*

Hinc suprà jam dicta animalia, & Seraphim stabant, & volabant, quia in eovastissimo Divinitatis Oceano, & stabant, & ab una ad aliam divinam perfectiō nem volabant.

Hinc ille, quidnam Deus esset, interrogatus, primò diem unum, deinde duos, postmodum tres dies ad cogitandum sibi dari postulavit: quod quod magis in ea cogitatione versaretur, eò minus, quid Deus esset, inveniret. Nec sancte mirum: Deus enim, ut verissimè

A. à Davide dictum est, *Posuit tenebras latibus* Psal. 17.

*lum suum; ut cum quis defixa mentis acie*

*ipsum per contemplationem intueri stu-*

*der, statim velut caligine quadam fese cir-*

*cumfusum sentiat, atque ex divina majes-*

*statis omnem mentis captum superantibus*

*consideratione, ad profundissimam quan-*

*dam humilitatem erudiatur. Quod*

*eleganter, & ingentosè simul nobis ostendit.*

*Nyssenus, cum, quid hinc significe-*

D. Gregor.

*Nyssen. I. de*

*vita Moysis.*

*Exod. 20.*

*Moyses cur*

*primū in la-*

*quibus primò percepta est, verum mens*

*ce, posthac in*

*hominis ad meliora semper procedens,*

*nube vidit*

*quod magis ad Dei speculationem ac-*

*cedit, tantò magis perspicit, quod divina*

*natura invisibilis, & incomprehensibilis*

*sit: nam cum reliquit non solum omnia,*

*quaे sensu percipiuntur, verum etiam*

*cuncta, quaे mente conspiuntur; ac*

*semper ad interiora progredivit, runc*

*caligine undique circumlepta, in invisibi-*

*li & incomprehensibili Deum videt.*

In hoc enim consistit vera Dei cognitione,

in hoc est ejus visio, ut videas, quod vide-

ri non possit, quod omnem cognitionem

ejus cognitione excedat. Hæc ille.

In hac itaque caligine positum est lu-

Sapientia ver-

men, in hac incœta vera manet sapientia. in incœta po-

Quoniam non cognovit literaturam, introibo sita est.

in potentias Domini. O sapientem! & felici-

cerm ignorantiam, qua plus intelligimus,

quam tota Aristotelis, ac Platonis Philo-

osophia! Ex nax illuminatio mea. Nox ista

omni humano die splendor est. Nox

quaे spoliat Ægyptios, (intra fese inclu-

dens, ac secum ducens quicquid seit, &

quicquid humana docet Philosophia) &

ditat Hebreos (transeuntes, humanam Hebr.

scilicet rationem.

Hi non scrutantur maiestatem, ne op-

rimantur à gloria.

Hi non curiosè introspiciunt in Arcam

Domini; nec minimum tangunt, ne per-

cutiantur super temeritate. Percussit

autem Dominus de viris Bethsamitibus, eò

quod vidissent Arcam Domini. Alia littera:

Eò Alij.

*Ecccl. 7.*

*Ezech. 1.*  
*Isa. 6.*

Rupert. ibid.

*Eò quod introspexissent in Arcam Domini. A potens, quam bonus, ut poteris, conji-* Hil. & Iren.  
*Ubi Rupert. Idcirco percussit eos, cies. Sic Hilar. & Irenæus: posteriora sunt Job. 36.*  
*quia curiosè inspicerunt Arcam Domini.*

Iuniperopar-  
rentes lapsi.  
Gen. 3.  
Ezech. 4.  
Hebr.

Et Lucifer  
cedidit.  
Ezech. 28.  
D. Bern. ser.  
74. in Cant.

Hoc certè fuit primorum patentum virtutum, qui plusquam par est, introspicere voluerunt. Hoc & illius Angeli, qui cum esset primus Seraphinorum, Cherubim dictus est, quod est plenitudo scientiæ, quasi plus scire voluerit, quam oportet. De quo Propheta: *Perdidisti sapientiam in decoro tuo.* Ubi Bernard. Non in decoro, sed in suo decoro dictus est ille perdidisse sapientiam. Ea ergo ille non modo formatus, sed & formosus fuit. Sed perdidit eam, cum fecit suam: ut non sit aliud in decoro sua, quam in sua sapientia perdidisse sapientiam. Proprietas in causa est. Quod sibi sapiens fuit, quod non dedit gloriam Deo, non retulit gratiam pro gratia, quod non secundum veritatem ambulavit in ea, sed ad suam eam retorxit voluntatem, istud est, cur eam perdidit, immo istud est, quod eam perdidit.

Abnegandus itaque intellectus, quo intelligamus, claudendusque oculus, quo videamus. Hoc paradoxum anima illa noverat, cui cum Dominus dixisset: *Me semper aspice;* illa respondit: Ergo oculos mihi erue.

Baptista Ge-  
num.

### De cognitione Dei ex crea- turis.

### PUNCTUM CXX.

Exod. 33.

Per creaturas dignoscitur Creator. Summa flagrabit Moyses desiderio Deum videndi: *Si inveni gratiam in con-*  
*spectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te.* Cui mox: *Transfribit gloria mea, &*  
*videlicet posteriora mea, faciem autem meam*  
*videre non poteris; quasi diceret: In crea-*  
*turarum vestigiis, o Moyses, me dignosces:*  
*transfribit gloria mea, & vestigia relin-  
quam, per qua quam magnus sim, quam*

A potens, quam bonus, ut poteris, conji- Hil. & Iren.  
*cies. Sic Hilar. & Irenæus: posteriora sunt Job. 36.*  
*ipso effectus, & creature.*

Job: *Omnis homines vident eum. Sed*  
*quomodo id sit, o Job? In suis effectibus.* *Vnusquisque intuetur procul. Ubi*  
*Gregor. Procul eum intueri, est non D. Greg.*  
*jam illum per speciem cernere, sed adhuc*  
*ex sola operum suorum admiratione*  
*penfare.*

B Huc David: *Celi enarrant gloriam Dei. Psal. 18.*  
*Alij: Celi enumerant gloriam Dei. Hebr. Alij.*  
*Celi scribunt gloriam Dei. Sic Basil. in Hebr.*  
*Hexameron: Universa hæc mundi mo- Basil.*  
*les est veluti liber literis exaratus: palam Mundus hic*  
*contestans, ac prædicans gloriam Dei. liber quidam*  
*Hoc idem Chald. Quicq; los suspiciu, cognoscit in quo Deus*  
*seet gloriam Dei.*

Hoc de operibus ejus sub manuum Chald.  
*typo Sponsa dicebat. Manus ejus (nimirum Canti. 5.*  
*Sponsi) tornaciles aures. Alia littera: Manus Alij.*  
*equus, volumina aurea.*

C Sic verba faciens de divino illo Sponsi  
*capite: Caput ejus, inquit, aurum optimum. Canti. 5.*  
*Heb. propriè: Auram traductum, hoc est, Hebr.*  
*ad intelligendam essentiā, attributa, &c.*  
*non est accipienda auri massa, ut est, sed*  
*veluti traducenda, solvendaque à manu*  
*ad manum.*

D Job: *Interroga iumenta, & docebunt te, & Job. 12.*  
*volutilia celi, & indicabunt tibi, loquere ter- Hebr.*  
*ra, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quod omnia hac manus Do-*  
*minifecerit?*

Sic vidit Dominum Isaías: *Vidi Domini- Isai. 6.*  
*num, inquit, &c. Et ea, que sub ipso erant,*  
*replebant templum. Hebr. Et simbria vesti- Hebr.*  
*menti ejus replebant templum. Vestimenti*  
*nomine creature intelliguntur. His*  
*omnibus veluti indumento vestiti. Sic*  
*Gregor, ad illud Job: Et speciosis induere*  
*vestibus. Vedit ergo per creaturas Do-*  
*minus.*

E De his egregie B. Laurentius Justinianus: *D. Greg. in*  
*nus: Sunt quippe creaturarum species Job. 40.*  
*humani quidam pædagogus ingenij, & B. Laur. Inst.*  
*conditoris earum speculum singulare. ser. de Pess.*  
*Hoc Apostolus expressit, dicens: Invisi- Rom. 1.*  
*bilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta con-*  
*ficiuntur, sempiterna quoque ejus virtus, &*

AAA 3 divi-